BOLETÍN

DE LA

REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA.

TOMO XXXVI. Abril, 1900. CUADERNO IV.

INFORMES.

I.

PRIVILEGIOS DE LOS HEBREOS MALLORQUINES EN EL CÓDICE PUEYO TERCER PERÍODO, SECCIÓN PRIMERA.

Repartido en tres secciones, comprende este período los documentos **53-113** (23 Junio 1343-27 Enero 1387); los cuales, excepto el último **(113)** que es el de D. Juan I, pertenecen al reinado de D. Pedro IV de Aragón († 5 Enero 1387).

En documentos oficiales y justificativos de su conducta (1) describe este joven rey la rápida conquista que hizo de las Baleares desde el día (24 de Mayo de 1343) que se presentó con su armada y tropas de desembarco en la ensenada de Santa Ponza. En 22 de Junio y en la catedral de Palma fué coronado y proclamado solemnemente rey de Mallorca; y al día siguiente otorgó el privilegio tutelar de la aljama hebrea, exonerándola de los enormes gravámenes que le había impuesto el depuesto D. Jaime *(olim rex Majoricarum)*. El sello antiguo que pendía de este diploma manifestaba el cuidado y la prisa que se tomó el nuevo rey para granjearse la voluntad de los hebreos mallorquines, cuyas libertades y privilegios no confirmó plenariamente hasta el 3 de Enero de 1344, cuando estando en Zaragoza echó el sello á su tenacidad

(1) *Memorial histórico español* por la Real Academia de la Historia, tomo III, páginas 297 y 298. Madrid, 1852.

haciendo á D. Jaime las justas recriminaciones que refiere Zurita (1).

Cierran la primera sección cuatro provisiones que expidió el mismo rey hallándose otra vez en Palma de Mallorca, vencedor de la armada castellana y remunerador de la aljama hebrea, en la segunda mitad del mes de Agosto de 1359.

53.

Palma de Mallorca, 23 de Junio de 1343. Relaja y condona el Rey á los judíos mallorquines todo lo que les había impuesto y cobraba Jaime III, por vía de condenación, vigésima de la propiedad ó cualquiera otra extorsión, prometiendo que en adelante no les pedirá sino lo que procediere en justicia.—Fol. 62.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc.

Ad supplicationem inde Nobis factam per secretarios aljame judeorum civitatis Majoricarum, remittimus et gratiose relaxamus vobis, universis et singulis judeis dicte aljame et aliis judeis collecte vestre quicquid inclito Jacobo, olim regi Majoricarum, dare contribuere et exolvere tenebamini pretextu condempnationum et cabessagii, vel alias quovis modo, exceptis sententiis causa cognita et per judices latis, necnon tributo et subsidio, vobis et dictis aliis judeis per dictum olim regem petitis.

Mandantes hujus serie procuratoribus nostris, necnon porteriis, collectoribus et allis quibuscunque officialibus nostris presentibus et futuris quod remissionem et relaxationem nostram hujusmodi teneant firmiter et observent et non contraveniant quavis causa.

In cujus rei testimonium, *quia sigilla nova nondum fieri feceramus*, presentes sigillo nostro antiquo jussimus sigillari.

Datum in civitate Majoricarum, nono kalendas Julii anno Domini M. CCC. XL. tertio.

Tres días después, en 26 de Junio, salió de Palma el Rey y entró en su armada que se hizo á la vela con rumbo á Barcelona.

(1) *Anales de la Corona de Aragón*, libro VII, cap. 70.

54.

Zaragoza, 3 de Enero de 1344 (de la Encarnación 1343). Confirma Don Pedro IV todos los privilegios otorgados á los hebreos mallorquines por los reyes D. Jaime I y Alfonso III de Aragón y por los reyes de Mallorca Jaime II y su hijo D. Sancho, y además los del Regente D. Felipe. No menciona los de Jaime III, cuyas resultancias anuló en el diploma anterior (53), por lo que tenían de opresivas; y así nos explicamos que no los registre el códice á partir del 13 de Noviembre de 1337.—Fol. 55 v.

Nos Petrus, rex Aragonum, etc.

Tenore presentis carte nostre, perpetuo valiture, laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus omnia et singula privilegia, libertates, franquitates et immunitates et gratias, vel concessiones quascunque vobis, aljame judeorum civitatis Majoricarum, et collecte vestre ac singularibus ex vobis, per illustres reges Aragonum et Majoricarùm predecessores nostros ac Nos factas et concessas, videlicet per illustres Jacobum et Alfonsum reges Aragonum et Majoricarum ac per illustres Jacobum et Sancium ejus filium reges Majoricarum memorie recolende, ac inclitum Philippum de Majoricis tutorem incliti Jacobi, olim regis Majoricarum; volentes et concedentes quod dictis privilegiis, libertatibus et immunitatibus, gratiis et concessionibus supradictis, sive illa habeatis in prima forma, sive transsumpta inde publica ostendatis, utamini et gaudeatis, vos et sucessores vestri, juxta eorum seriem et tenorem.

Mandantes per presentem cartam nostram firmiter et expresse procuratori nostro generali ejusque vicesgerentibus, necnon gubernatori regni Majoricarum, vicariis, bajulis ceterisque officialibus nostris presentibus et futuris, vel eorum locatenentibus quatenus privilegia, franquitates, libertates et gratias ac concessiones predictas, et confirmationem laudationem et approbationem nostras hujusmodi firmas habeant perpetuis temporibus et observent, et contra non veniant aliquatenus seu attemptent.

In cujus rei testimonium presentem cartam nostram fieri jussimus, nostri sigilli pendentis munimine roboratam.

Data Cesarauguste, tertio nonas Januarii anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo tertio.

Visa cancellarius.

55.

Barcelona, 5 Marzo 1344. Concede á los carniceros cristianos que conformándose á la voluntad de los compradores judíos, deseosos de estar bien provistos, les exijan en la carnecería, judiega de Palma, un dinero más sobre el precio corriente por cada libra de carne de las cuartos primeros de las reses.—Fol. 56 v.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc.

Ut judei civitatis Majoricarum majorem sufficientiam carnium habere possint, ad ipsorum judeorum instantiam concedimus presentis serie vobis, universis et singulis carnificibus dicte civitatis, scindentibus nunc vel in futurum carnes in macello judaico dicte civitatis quod pro qualibet libra carnium priorum quarteriorum, per vos scindendarum et vendendarum dictis judeis, possitis impune recipere unum denarium ultra quam reciperetis si eas venderetis christianis.

Mandantes mustaçafis et aliis universis et singulis officialibus nostris dicte civitatis presentibus et futuris quatenus concessionem nostram hujusmodi firmam habeant et observent per viginti annos, et ultra etiam quamdiu nostre placuerit voluntati.

Data Barchinone, tertio nonas Martii anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo tertio.

A. Vicecancellarius.

56.

Barcelona, 7 Marzo 1344. Establece que todo judío, que acusare á su correligionario, se obligue á sufrir la pena del talión, si se le prueba la calumnia ó sinrazón con que procedió á tal acto.—Fol. 57 v.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc.

Volentes auferre materiam accusationum et oppressionum, que per nonnullos judeos civitatis Majoricarum fiunt, ut asseritur, quandoque contra alios judeos dicte civitatis calumpniose et

nulla previa ratione, statuimus tenore presentis carte nostre et ordinamus quod quicumque judeus vel judea dicte civitatis vel ejus collecte, qui vel que accusabit aliquem judeum vel judeam ejusdem civitatis et collecte sue de aliquo crimine vel excessu se habeat incontinenti obligare ad talionem. Et hujusmodi concessionem nostram durare volumus per viginti annos in antea continue sequuturos, et postea etiam quamdiu nostre placuerit voluntati.

Mandantes firmiter per presentem gubernatori regni Majoricarum aliisque officialibus nostris presentibus et futuris quatenus concessionem nostram hujusmodi firmam habeant et observent et observari faciant inconcusse. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostro sigillo pendenti munitam.

Data Barchinone, nonis Martii, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo tertio.

A. vicecancellarius.

Está este documento en relación con el **25** (21 Julio 1319), por el que el rey D. Sancho mandó reprimir con mano fuerte y desterrar de la isla á los judíos advenedizos, que ponían desasosiego y sembraban discordia entre los buenos valiéndose de calumnias y murmuraciones. También se relaciona con el **61** (14 Diciembre 1347).

57.

Barcelona, 13 Marzo 1344. A sus procuradores Beltrán Roig y Bernardo de Morera ordena el Rey que, de conformidad con el diploma **53** que transcribe, devuelvan todas las escrituras y prendas que se habían tomado á los judíos mallorquines por Bernardo Farcinet y Pedro Bosa, comisarios del ministerio de Hacienda, que habían exigido el pago de las contribuciones condonadas y extinguidas desde la fecha de dicho diploma (23 Junio 1343).—Fol. 62 v.

Petrus, Dei gratia, rex Aragonum, etc., dilectis et fidelibus Bertrando Rubei et Bernardo de Moraria, procuratoribus reddituum et jurium nostrorum civitatis et regni Majoricarum, salutem et dilectionem.

Dudum, in apprehensione civitatis et regni predictorum, re-

missionem fecimus aljame judeorum dicte civitatis et singularibus ejusdem cum littera nostra continentie subsequentis (1): «Nos Petrus, etc.»

Nunc vero per sindicos aljame judeorum predictorum fuit Nobis humiliter supplicatum ut, cum Bernardus Farcinet et Petrus Bossa, qui assignati et deputati fuerunt, unus videlicet post alium, ad exigendum et levandum dictas condempnationes, recepissent instrumenta et alias res a domibus dictorum judeorum ratione dictarum condempnationum, ipsaque beneficio inventarii vobis tradiderunt prout fertur, dignaremur ea dictis judeis restitui facere atque tradi.

Quocirca, dicta supplicatione sucepta, vobis dicimus et mandamus quatenus, vocatis thesaurariis qui tunc erant, omnia instrumenta et alias quasvis res, que penes vos habeatis et que recepta et pignorata fuerint pro negotiis ad que dicta remissio se extendit, restituatis illico judeis pro quibus faciant et ad quos pertineant juxta tenorem littere preinserte.

Datum Barchinone, tertio idus Martii, anno Domini M.CCC.XL. tertio.

A. vicecancellarius.—Rex Petrus.

Dos semanas y dos días más tarde, ó en lunes de Semana Santa (29 Marzo 1344) otorgó el Rey la célebre pragmática que forma época en los anales de la Corona de Aragón, uniendo perpetuamente á esta Corona el dominio útil del reino de Mallorca y de los condados de Rosellón y Cerdaña. En 29 de Abril estuvo en el santuario de Monserrate, y presentó á Nuestra Señora *una galera de plata* en memoria de la victoria que tuvo el día que tomó tierra en Mallorca.

58.

Barcelona, 18 Septiembre 1344. Manda el Rey que sus oficiales, ó empleados, guarden los privilegios de los hebreos baleáricos so pena de mil maravedís de oro por cada vez que faltaren á esta prescripción.—Fol. 8. Se repite en el folio 57.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc., dilectis et fidelibus

(1) Documento 53.

universis et singulis officialibus nostris regni Majoricarum et insularum eidem adjacentium presentibus et futuris, ad quos presentes pervenerint, vel locatenentibus eorumdem, salutem et dilectionem.

Cum expediat et velimus omnino omnes gratias concessiones et privilegia, per predecessores nostros reges dicti regni Majoricarum, judeis et judeabus ipsius regni et insularum ei adjacentium facta et concessa, que tantum per Nos confirmata fuerint seu etiam per Nos in posterum concedenda, eisdem judeis et judeabus inviolabiliter observari; idcirco vobis dicimus et mandamus firmiter et expresse quatenus sub pena mille morabetinorum auri, pro qualibet vice a contrafacientibus exigenda et fisco nostro applicanda, supradictis judeis et judeabus, in regno Majoricarum predicto et insulis predictis habitantibus et habitaturis, omnes gratias concessiones ac privilegia supradicta observetis et observari inviolabiliter faciatis, contra ea in aliquo non veniendo, nec venire per aliquos seu aliquem permittendo.

In cujus rei testimonium, presentem cartam nostram fieri jussimus, quia sigilla nova nondum fieri feceramus, nostro sigillo solito pendenti communiri.

Datum Barchinone quartodecimo kalendas Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto.

59.

Barcelona, 19 Septiembre 1344. Al gobernador general de Mallorca, Arnaldo de Eril y subordinados, previniéndoles que no hagan innovación en detrimento de la antigua costumbre que tenían los judíos de hacerse mutuamente préstamos bajo la fe jurada.—Fol. 61 v.

Petrus Dei gratia, rex Aragonum, etc., nobili et dilecto nostro Arnaldo de Erillo gubernatori regni Majoricarum, ceterisque officialibus nostris presentibus et futuris vel locatenentibus eorumdem, ad quos presentes pervenerunt, salutem et dilectionem.

Insinuatum fuit Nobis pro parte aljame judeorum civitatis Majoricarum quod, quavis adveniente questionis materia inter judeos et judeas ipsius aljame, suas mutuantes pecunias super

pignoribus, seu aliquem ipsorum ex una parte, recipientesque dicta mutua ex altera [ubi contigerit] super summas quantitatis mutuate, et [usuvenit] quod ipsi mutuantes inde creduntur suo proprio juramento; quod in dicta civitate absque tergiversatione fuit usquequaque, ut dicitur, observatum. Attamen vos seu aliqui vestrum, ut fertur, contra usum predictum ipsos judeos et judeas, seu ipsorum aliquem, suas mutuantes pecunias super pignoribus, ut predictum est aggravatis, nolendo adhibere fidem juramento illorum ratione ante nominata; quod contra antiquum usum et consuetudinem in talibus, retroactibus temporibus observatum, ac in dampnum et prejudicium ipsorum judeorum cernitur redundare. Quocirca, ad ipsorum humilem supplicationem, propterea Nobis factam, vobis dicimus et mandamus quatenus, si est ita, observetis prelibatiset judeis judeabus, qui et que suas super pignoribus mutuarunt seu mutuaverint pecunias, id quod temporibus retroactis, in talibus, ipsis est assuetum servari, contra hoc nullatenus veniendo. Et quia sigilla nova nondum fieri feceramus, presentem sigillo nostro solito jussimus communiri.

Datum Barchinone, tertiodecimo kalendas Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto.

60.

Palma de Mallorca, 29 Noviembre 1344. El gobernador general, D. Arnaldo de Eril, declara que para ser nombrados y reconocidos, como tales, los procuradores de la aljama no deben pasar examen, ó someterse á él, á semejanza de los procuradores de otra índole.—Fol. 55.

Nos Arnaldus de Erillo, gubernator generalis civitatis et regni Majoricarum et insularum eidem adjacentium.

Attendentes quod temporibus retroactis aljama judeorum civitatis Majoricarum et singulares ejusdem consueverunt in eorum litibus et negotiis judeos constituere et facere procuratores, qui ipsorum negotia lites et questiones, tam in curiis Majoricarum quam extra, ducebant gerebant et procurabant; nunc vero, obstante quodam statuto penali per Nos nuper facto quo cavetur ut nemo officio utatur prelibato nisi examinatus fuerit et approba-

tus, judei qui soliti erant, ab antiquissimo tempore citra, uti officio procurationis in curiis et extra, vel alii judei non audeant ipso uti officio procurandi; qui quinimmo dubitant, si contrarium facerent, ne incurrant in penam in dicto statuto appositam et contentam; ideo suplicarunt Nobis ut super predictis deberemus de opportuno et debito remedio providere.

Qua supplicatione benigne admissa, licet, in condendo statutum predictum, ad dictos judeos nullum habuerimus respectum, verumtamen ad cautelam, tenore presentis concedimus et licentiam damus aljame predictorum judeorum et judeis singularibus ipsius aljame quod, non obstante statuto aliquo penali seu sine pena edito in civitate Majoricarum, possint in litibus que inter ipsos judeos ad invicem seu inter christianos et judeos agitantur tam in agendo quam defendendo, vel in posterum agitabuntur, et coram judicibus quibuscunque judeos procuratores constituere sicut ante statutum facere consueverant.

Mandantes per presentes bajulo civitatis Majoricarum et aliis officialibus quibuscunque quatenus predictam nostram concessionem et licentiam firmam habeant, teneant et observent, et in aliquo non contraveniant aliqua ratione.

Datum in civitate Majoricarum, tertio kalendas Decembris anno Domini M.CCC. quadragesimo quarto.

Vidit Arnaldus.

61.

Barcelona, 14 Diciembre 1347. Impone el Rey pena de perpetuo destierro de las islas Baleares á todo judío, ó judía, que den ó sentencien por infame y de mala vida los secretarios y ocho consejeros, que juren ante el baile, ó alcalde de Corte, por el Decálogo de Moisés, que el reo así es infame. En caso que vuelva, después de desterrado, á las islas, el reo sufrirá mayor pena, porque le será cortado el pie derecho.—Fol. 24 v.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc.

Volentes judeos aljame judeorum Majoricarum et ejus collecte prosequi gratiose, cum presenti carta nostra dum Nobis placuerit valitura concedimus eidem aljame et secretariis ejusdem presentibus et futuris ut, cum et quotiens aliquem judeum vel judeam male conditionis et fame ac inhoneste conversationis seu vite in

premissa aljama et ejus collecta continget de cetero reperiri, si cognitione et judicio dictorum secretariorum et octo procerum judeorum per ipsos secretarios ad hec eligendorum inde fuerit expellendus, ne unica ovis morbida totum inficiat gregem, secretariis et octo proceribus antedictis in posse bajuli Majoricarum, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, asserentibus et jurantibus super decem mandata Legis quod ipsum delatum judeum vel delatam judeam secundum rei veritatem talem habeant ut prefertur, ad eorundem secretariorum et procerum assertionem et requisitionem dictus bajulus eumdem delatum vel delatam a dicta insula et aliis adjacentibus eidem expellere teneatur et dare sibi perpetuum exilium de eisdem; quem vel quam si in aliqua dictarum insularum continget post exilium inveniri idem bajulus ipsi invento vel invente pedem dexterum faciat amputari.

Mandantes per presentem dicto bajulo ut, cum per dictos secretarios et octo proceres requisitus fuerit ut est dictum, premissa debite exequatur; nihilominus gubernatori regni Majoricarum ceterisque officialibus nostris et eorum locatenentibus presentibus et futuris, et qui pro tempore fuerint, firmiter injungentes ut hanc concessionem nostram observent et observari faciant dum Nobis placuerit ut est dictum, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus, nostro sigillo pendenti munitam.

Data Barchinone XIX kalendas Januarii anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo.

Vidit Bernardus.

62.

Teruel, 8 Julio 1348. A los secretarios de la aljama ordena el Rey que se aconsejen con ocho de los mayores contribuyentes para las limosnas, procuraciones y otros gastos de la misma, y no las den sin asentimiento de ellos.—Fol. 65.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., secretariis aljame judeorum civitatis Majoricarum, presentibus et futuris gratiam suam.

Moxinus Natjar judeus civitatis Majoricarum tamquam unus, ut asserit, ex majoribus peiteriis dicte aljame Nobis duxit humi-

liter exponendum quod, cum contingit vos nomine dicte aljame debere dare et distribuere aliquas pecunie quantitates tam judeis pauperibus seu in favorem ipsorum, vel procuratoribus judeorum aljame predicte, quam alias, distributionem hujusmodi habetis facere de consilio et assensu octo judeorum ipsius aljame; super quibus quidem consilio et assensu habendo et distributione facienda ipsos octo judeos seu majorem partem ipsorum vocatis ex minoribus peiteriis dicte aljame, majoribus peiteriis non vocatis immo penitus inconsultis et quandoque etiam dissentientibus et affirmantibus talia sine ipsorum conscientia et assensu fieri non debere. Quare, cum equum et rationabile videatur ut illi qui onus solutionum et distributionum hujusmodi sentiunt presentire debeant in cujusmodi usus dicte quantitates pecunie convertantur, supplicavit Nobis dictus Moxinus ut in his dignaremur debite providere.

Qua quidem supplicatione suscepta ut consona rationi, vobis dicimus et mandamus de certa scientia et expresse quatenus, quotienscunque contingat aliquas pecunie quantitates dari vel distribui helemosinarie, seu alias judeis quibuscunque, in distributione hujusmodi vocetis octo judeos de majoribus peiteriis dicte aljame, et de ipsorum consilio et assensu, et non alias, quantitates largiamini supradictas; cum dicte quantitates [domui] pie seu helemosinarie tribuuntur melius per eos qui majorem partem in illis solvunt seu de ipsorum conscientia et assensu quam per alios debeant elargiri. Hocque aliquatenus non mutetur.

Datum Turoli, VI idus Julii anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo.

Ex Pe. A.

Picaba entonces la peste negra en Teruel, y pronto arreciaba con tanta furia que el Rey por esta causa se salió de la ciudad, «y tomó el camino de Daroca y estuvo en el lugar de Celades, aldea de Teruel, el dia de la fiesta de la Madalena (22 Julio)», como lo apunta Zurita (1).

---

(1) *Anales*, libro VIII, cap. 29.

Quince meses más adelante, murió el rey D. Jaime III († Domingo, 25 Octubre 1349) peleando varonilmente en la batalla, para él infausta, de Lluchmayor.

63.

Barcelona, 16 Agosto 1351. Prescribe el Rey que no valga contra los acreedores judíos el edicto de Jaime III (Mayo, 1343), relativo á las deudas no reclamadas en juicio durante un quinquenio, si con todo constare que el edicto no fué promulgado, ó no llegó á conocimiento de aquéllos, ni pudo ponerse en práctica por la situación angustiosa que padecieron.—Folio 99 v., 100 r.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum etc., dilectis et fidelibus gubernatori regni Majoricarum (1), vicario et bajulo civitatis ejusdem ceterisque officialibus nostris ad quos presentes pervenerint, vel locatenentibus eorumdem, salutem et dilectionem.

Supplicatione Nobis reverenter oblata pro parte aljame judeorum civitatis predicte et singularium ipsius percepimus quod inclitus Jacobus de Montepessullano, olim rex Majoricarum (2), fecit dudum quoddam edictum seu ordinationem quod aliquis judeus vel judea non posset petere debita sua tunc fienda cum instrumento obligationis, vel alias, transactis quinque annis a die contractus inde facti in antea continue numerandis, nec debita ante dictum edictum seu ordinationem facta transactis quinque annis a die prefati statuti in antea continue numerandis nisi infra tempus dicti quinqnennii prefata debita in judicio petiissent; quod quidem edictum seu ordinatio, ut dicitur, non fuit publicatum seu publicata dictis judeis; et predicti judei, impediti propter restitutionem usurarum et condempnationes factas diversis singularibus dicte aljame per dictum Jacobum et aliorum debitorum, per dictam aljamam aliquibus mercatoribus debito-

(1) Gilaberto de Centellas. Véanse en el tomo II del *Memorial histórico español* (t. II, pág. 314-375) varias cartas del Rey enviadas por este tiempo á Mallorca é Ibiza.

(2) En boca del rey D. Pedro el nombre de Jaime *de Mompeller* se aplica solamente al III. No le despojó del señorío de esta ciudad, que pasó al rey de Francia.

rum, et etiam propter executionem qua contra dictum Jacobum de Montepesullano fecimus, dicta debita infra tempus prefati statuti exigere nequiverunt, cum pre timore gentium tempore executionis predicte huc et illuc discurrere non auderent; quod in dampnum et prejudicium dictorum judeorum noscitur redundare.

Quocirco, supplicato Nobis super hiis de competenti remedio providere, vobis et cuilibet vestrum dicimus et mandamus expresse ac de certa scientia quatenus, si predicta dictis judeis fuerunt minime publicata, sique ex causa predicta dictum edictum sive ordinationem eamdem dicti judei sicut pretangitur ignorarunt et ad ipsorum notitiam non pervenit, cum constitutiones et ordinationes ligent subditos a publicationis citra tempore et non ante, ad instantiam dictorum judeorum compellatis debitores eorum quoscunque ad solvendum eis debita supradicta, prout ipsos inveneritis obligatos et de jure et ratione fuerit faciendum, predicto edicto et ordinatione obsistentibus nullo modo.

Injungentes vobis nichilominus et vestrum cuilibet quod hanc nostram provisionem eis observetis et observari ab omnibus faciatis, et non contraveniatis nec aliquem contravenire permittatis aliqua ratione.

Datum Barchinone, XVI.ª Augusti, anno a Nativitate Domini M.° CCC° L° primo.

Exa. R.us

Sabido es que el Rey D. Pedro IV de Aragón en las Cortes de Perpiñán del año 1351 abolió la costumbre de fechar las escrituras por el cómputo de la Encarnación, é introdujo el de la Natividad seguido por este documento. De qué manera y con qué restricciones se observó en Mallorca esta constitución, lo explica Villanueva en el tomo XXII de su *Viaje literario*, páginas 248 y 249.

64.

Barcelona, 24 Enero 1352. Cédula del Rey declarando que *desde tiempo inmemorial* los judíos mallorquines gozaban del privilegio de jurar solamente por el Decálogo de Moisés sin añadir el asentimiento á las terribles maldiciones y conjuros expresados por el código de los Usajes de Barcelona. La cédula fué presentada por Salomón Jonís como procurador y en

nombre de los secretarios de la aljama; y por su virtud el baile ó alcalde real, D. Pedro Unís dió sentencia definitiva sebre la validez de este privilegio en jueves, 24 de Mayo del mismo año, y mandó hacer el presente traslado de ella, en pública forma, el día siguiente.—Fol. 30.

Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam publico instrumento cujus tenor talis est.

Noverint universi quod ante presentiam nostram Petri Unis militis, consiliarii regii ac bajuli Majoricarum pro serenissimo et potenti principe domino Petro, Dei gratia rege Aragonum, etc., venit et comparuit Salamonus Jonis judeus Majoricarum, procurator et sindicus secretariorum aljame judeorum Majoricarum, instanter postulans et requirens a Nobis quod faceremus sibi, nomine quo supra, dari et tradi in mundum seu publicam formam, quamdam sententiam per Nos latam super quodam processu facto et continuato in libro supplicationum nostre curie sub quintadecima die mensis Madii anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo ad instantiam dictorum secretariorum, ad probandum et verificandum judeos Majoricarum fore in possessione plenaria prestandi juramentum corporale super sancta decem precepta legis Moysi, non expressatis in prestatione dicti juramenti aliquibus maledictionibus et interrogationibus super inde factis, quas aliqui pretendebant debere expressari; ut de ipsa sententia possit fieri prompta fides per secretarios antedictos et ubique possint se juvare.

Nos autem, bajulus antedictus, visa et attenta dicta requisitione quam novimus justam fore, mandavimus Petro de Condamina, notario nostre Curie infrascripto, quatenus dictam sententiam in mundum seu publicam formam poneret et redigeret seu poni et redigi faceret, eamque dictis secretariis seu dicto eorum procuratori traderet ut possent inde facere promptam fidem et ubique sese juvare. Sicque, dictus notarius habito dicto mandato dictam sententiam, que continuata est sub dicto processu in hanc publicam formam poni et redigi fecit, ipsamque dictis supplicantibus tradidit, tenorem qui sequitur continentem:

Unde Nos, Petrus Unis miles consiliariusque regius ac bajulus Majoricarum, visa supplicatione Nobis oblata pro parte secretariorum aljame judeorum Majoricarum, visoque et attento te-

nore cujusdam littere regie in ipsa supplicatione inserte, concesse judeis predicte aljame, que data fuit Barchinone vicesima quarta die Januarii anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, visis necnon et mature inspectis et attentis depositionibus testium super hujusmodi causa productorum, et aliis probationibus coram Nobis exhibitis per partem dictorum secretariorum seu per Salomonem Jonis eorum procuratorem, omnibusque aliis hoc negotium tangentibus diligenter consideratis et pensatis, habitaque super hiis deliberatione cum discreto Arnaldo de Roaxio assessore nostro, cum constet Nobis legitime ex depositionibus testium predictorum judeos aljame civitatis et regni Majoricarum fore in plena possessione de jure et de facto, a tanto videlicet tempore citra quo hominum memoria in contrarium non existit, prestandi corporale juramentum, cum ad instar prestandi (1) per Curias Majoricarum compellantur, solummodo ac duntaxat super sancta precepta legis Moysi, nullis aliis interrogationibus et maledictionibus, que in contrarium allegantur fore ad hec ordinata eisdem, factis et expressatis; ideo, per hanc nostram definitivam sententiam pronunciamus et declaramus legitime ac firmiter constare de consuetudine antedicta, in presubjecta littera regia exposita et allegata; et per consequens, dictos judeos debere dictum juramentum prestare ad sancta decem precepta legis duntaxat, predictis maledictionibus et interrogationibus minime expressatis, juxta mentem sacri rescripti regii antedicti.

Lata et publicata fuit hec sententia seu declaratio die jovis, vicesima quarta die mensis Madii, anno a Nativitate Domini M.CCC. quinquagesimo secundo, presentibus testibus Petro Dagostemps, Petro Mathei, Petro Rosardi, Guillermo Destros et Matheo Andree, hujus Curie scriptoribus, et pluribus aliis.

Acta fuerunt et in publicam formam redacta vicesima quinta die mensis May, anno proxime dicto, presentibus testibus superius proxime nominatis.

Sig + num nostri, Arnaldi de Roaxio, assesoris venerabilis Petri Unis militis bajuli Majoricarum, et litterati qui huic sen-

(1) Ms. «eum prestandi».

tentie, per dictum bajulum late, nostram auctoritatem interponimus pariter et decretum.

Sig + num Petri de Condamina, notarii publici Majoricarum et Curie bajulie ejusdem, qui, jussu venerabilis bajuli, in publicam redegit formam, subsignavit et clausit, die et anno quibus supra proximis.

65.

Palma de Mallorca, 9 Enero 1353.—Mandamiento, dirigido por D. Guillén de Llagostera, lugarteniente del gobernador general de Mallorca al baile de Manacor, ordenándole que salde el precio de dos cautivos sarracenos, que habían pertenecido á Samuel de París, judío mallorquín, el cual los había vendido á Bernardo Castelló, cinco días autes que se hiciesen cristianos.—Fol. 8 v.

De part den Guillén de Lagostera cavaller, lochtinent de Governador de Mallorques, al amat lo batle de Manachor, ó á son lochtinent, salut é dilectió.

Recórdens que laltre jorn vos manam ab letra nostra que ab fermansa deguéssets deliurar an Bernat Castelló del vostre batliu dos catius, los quals se deya que vos havíets presos á man reyal, per tal com stant catius den Samuel de Paris juheu, se eren fets christians, é per aquella rahó se eren fets christians á fi que ells fossen franchs é alforres. E com fos axi com es stat posat, gens per axó lo dit juheu no perdría los catius, ans los hagré á vendre á christiá, é Nos clarament siam certificats que ans quels dits se faessen christians lo dit Bernat Casteyó los havía comprats del dit juheu be per sinch díes abans; empersó, de part del senyor Rey vos dehim é us manam que encontinent fassats deliurar lo preu restant dels dits catius al dit Samuel; é no res menys absolvents las fermansas, per lo dit Bernat Casteyó donades en poder de la vostra cort; á daquí avant no inquietets lo dit Bernat per raó dels dits catius.

Datum Majoricis, nona die Januarii anno a Nativitate Domini M. CCC. quinquagesimo tertio.

Ja(cobus) asse(ssor).

Sig + num Bernardi Catany, notarii publici Majoricarum, testis.

66.

Palma de Mallorca, martes 19 de Mayo de 1355.—Sentencia confirmativa del diploma 54 sobre la validez de los testigos.—Fol. 63.

Noverint universi quod ante presentiam Nostri, Bernardi Togores domicelli, bajuli Majoricarum pro illustrissimo ac potenti principe domino nostro, domino Petro, Dei gratia rege Aragonum, etc., venit et comparuit Salomonus Junis judeus Majoricarum, procurator et sindicus secretariorum aljame judeorum Majoricarum, instanter postulans et requirens Nos quod faceremus sibi, nomine quo supra, dari et tradi in mundum, seu publicam formam, quamdam sententiam per Nos latam super quodam processu facto et continuato in libro firmarum nostre Curie sub nonadecima die mensis Februarii anno a Nativitate Domini millesimo ccc. quinquagesimo quinto, ad instantiam dictorum secretariorum ad probandum et verificandum judeos Majoricarum fore in possessione plenaria quod nullus christianus super aliquibus causis civilibus vel criminalibus, seu super quibuslibet contractibus inter christianos et judeos factis posset probare contra eos nisi cum christiano et judeo, ut de ipsa sententia posset fieri prompta fides per secretarios antedictos et ubique possent se juvare.

Nos, idem bajulus predictus, visa et attenta dicta requisitione quam novimus fore justam, mandavimus Petro de Condamina, notario Curie nostro infrascripto, quatenus dictam sententiam in mundum seu publicam formam poneret et redigeret seu poni et redigi faceret, eamque dictis secretariis vel dicto eorum procuratori traderet ut de eadem possent facere fidem et ubique se juvare. Sicque, dictus notarius habito dicto mandato dictam sententiam in hanc publicam formam poni et redigi fecit, ipsamque dictis secretariis seu dicto ipsorum procuratori tradidit, tenorem qui sequitur continentem.

Unde Nos, Bernardus de Tuguriis domicellus, bajulus Majoricarum antedictus, visa dicta supplicatione et requisitione pro parte dictorum secretariorum aljame Majoricarum Nobis facta, visoque mandato honorabilis domini Guillermi de Lacustaria

militis, locumtenentis gubernatoris regni Majoricarum ad predicta snbsequuto, in qua (1) viso et mature prospecto tenore dicti privilegii per dominum Jacobum quondam, bone memorie, Aragonum et Majoricarum regem judeis Majoricarum concessi (2) et per serenissimum dominum nostrum Regem approbati (3)—cujus quidem privilegii tenor talis est: *Concedimus etiam vobis quod nullus christianus super aliquibus causis civilibus vel criminalibus seu super quibuslibet contractibus inter vos et christianos factis possit probare contra vos nisi cum judeo et christiano,* —recepta legitima et plenaria testium informatione de et super usu et observantia dicti privilegii preinserti, per quam clare Nobis constat quod dicti secretarii aljame judeorum Majoricarum et eorum predecessores in dicto officio usi fuerunt multis temporibus citra, et utuntur continue, palam et publice, pacifice et quiete, absque impetu et contradictione cujusque, privilegio preinserto, quodque dictum privilegium fuit pluries et pluries in contradictorio judicio coram diversis judicibus curiarum Majoricarum dictis secretariis, preteritis et presentibus, diutius observatum, habitaque super omnibus antedictis matura deliberatione cum discreto Guillermo de Figueria jurisperito assessore nostro, causa cognita pronunciamus et declaramus clare et legitime testibus fidedignis de observatione dicti privilegii et de pacifica possessione, seu quasi, ejusdem, in qua sunt et fuerunt dicti secretarii et eorum predecessores, a multis temporibus citra, absque alicujus contradictione, utendi et exercendi in curiis Majoricarum ea que in dicto privilegio continentur, modo et forma in dicto privilegio contentis et expressatis.

Lata et publicata fuit hec sententia die Martis intitulata nonadecima mensis Madii anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, presentibus Matheo Andree, Guillermo Johannis, notariis, Arnaldo de Verino et Guillermo Mathei, scriptoribus, testibus ad hec vocatis et pluribus aliis.

Sig + num Nostri, Bernardi de Togores domicelli, bajuli Ma-

---

(1) Suplicación ó requisición.
(2) Documento 4 (8 Mayo 1252).
(3) Documento 54 (3 Enero 1344).

joricarum predicti, qui presenti instrumento jussu nostro in publicam formam redacto auctoritatem nostram judicialem manu propria interponimus pariter et decretum.

Sig+num Petri de Condomina notarii publici Majoricarum et Curie bajulie ejusdem, etc.

67.

Palma de Mallorca, martes 19 de Mayo de 1355. Sentencia confirmativa del diploma 54 sobre el seguro de las deudas al prolongarse el plazo de la solución.—Fol. 64.

Noverint universi quod ante presentiam Nostri Bernardi de Tuguriis domicelli, bajuli Majoricarum pro serenissimo ac potenti principe domino nostro, domino Petro, Dei gratia rege Aragonum, etc., venit et comparuit Salomonus Jonis judeus Majoricarum, procurator et sindicus secretariorum aljame judeorum Majoricarum, instanter postulando et requirens Nobis quod faceremus sibi, nomine quo supra, dari et tradi in mundum, seu publicam formam, quamdam sententiam per Nos latam super quodam processu facto et continuato in libro sententiarum nostre Curie sub nonadecima die mensis Februarii anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto ad instantiam dictorum secretariorum, ad probandum et verificandum judeos Majoricarum fore in possessione plenaria quod obtinentes gratiam elongamenti suorum creditorum tenerentur firmare et abundanter assecurare ad cognitionem bajuli Majoricarum ut de ipsa sententia posset fieri propria fides per secretarios antedictos, et ubique possent se juvare.

Nos vero bajulus predictus, visa et attenta dicta requisitione, quam novimus fore justam, mandavimus Petro de Condamina, notario nostre Curie infrascripto, quatenus dictam sententiam in mundum seu in publicam formam, redigeret seu poni et redigi faceret, eamque dictis secretariis, seu dicto etiam procuratori traderet, ut de ipsa possent facere ubilibet promptam fidem et ubique se juvare. Sicque dictus notarius habito dicto mandato dictam sententiam, que continuata est sub dicto processu, in hanc publicam formam poni et redigi fecit, ipsamque dictis secretariis

seu dicto ipsorum procuratori tradidit, tenorem qui sequitur continentem.

Unde Nos, Bernardus de Tuguriis domicellus, bajulus Majoricarum antedictus, visa dicta supplicatione et requisitione pro parte dictorum secretariorum aljame judeorum Majoricarum Nobis facta, visoque mandato Nobis facto super hiis per honorabilem dominum Guillermum de Lacustaria militem, locumtenentem Gubernatoris regni Majoricarum, in qua (1) viso et diligenter prospecto tenore dicti privilegii per dominum Jacobum quondam, bone memorie, Aragonum et Majoricarum regem judeis Majoricarum concessi (2) et per dictum nostrum regem approbati et confirmati, cujus tenor sequitur in his verbis: *Concedimus etiam vobis quod omnes illi, qui a Nobis de suis debitis sunt vel fuerint elongati, teneantur firmare et assecurare abundanter ad cognitionem bajuli civitatis Majoricarum, presentis et futurorum, quod in fine elongationis a Nobis eis concesse solvent vobis debita et usuras quibus fuerint elongati, et si hoc facere noluerint vel nequiverint, non obstantibus dictis elongationibus teneantur et compellantur vobis solvere dicta debita et usuras sicut in vestris continebitur instrumentis;* visaque et diligenter attenta informatione testium recepta de et super usu et observantia dicti privilegii, per quam clare constat Nobis quod judei Majoricarum usi fuerunt a multis temporibus citra, et utuntur continue in Majoricis, continue et quiete sine contradictione cujusque, privilegio preinserto, quodque dictum privilegium fuit pluries in judicio per judices et officiales Majoricarum dictis judeis et singularibus eorumdem preteritis et presentibus diutius observatum, habitaque super omnibus antedictis matura deliberatione et acordio cum discreto Guillermo de Figaria jurisperito, asessore nostro; causa cognita, pronunciamus et declaramus clare et legitime constare testibus fidedignis de observatione dicti privilegii et de pacifica possessione ejusdem, in qua sunt et fuerunt judei predicti et eorum predecessores a multis temporibus citra, absque alicujus contradictione utendi et exercendi in curiis Majoricarum

(1) Súplica y requisición.
(2) Documento 8 (21 Julio 1269).

ea que in dicto privilegio continentur, modo et forma in dicto privilegio jam expressatis.

Lata et publicata fuit hec sententia die martis intitulata nonadecima die mensis Madii anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto; presentibus Matheo Andree, Guillermo Johannis notario, Arnaldo de Verino ac Guillermo Mathei scriptoribus, testibus ad hec vocatis, ac pluribus aliis.

Sig + num Nostri, Bernardi de Togores domicelli, bajuli Majoricarum predicti, qui presenti instrumento, jussu nostro in publicam forman redacto, auctoritatem nostram judicialem manu propria interponimus pariter ac decretum.

Sig + num Petri de Condamina, notarii publici Majoricarum et Curie bajulie, etc.

Cuando se dictó esta sentencia (19 Mayo 1355) se coronaba el Rey de lauros inmarcesibles por su gloriosa campaña en la isla de Cerdeña, donde se juntaron las armadas de Valencia, Cataluña y Mallorca. Leyendo las cartas de rompimiento de amistad (8 Agosto-6 Diciembre 1356) que se atravesaron entre los reyes de Castilla y Aragón se ve que la primera chispa, promovedora de tamaño incendio, saltó de la nao Ramón Frexenete *mercadero de Mallorques*, que fué apresado con su carga y tripulación, por el vizcaíno Jayny Pérez de Xuaga, natural de Bermeo. No hay que exponer aquí las vicisitudes de aquella tremenda lucha, peor que de moros, qué todos sabemos; pero sí hacer presente para mejor inteligencia de los nueve documentos siguientes que á 9 de Junio de 1359 el denodado rey de Castilla con su formidable armada arribó á la playa de Barcelona.

68.

Barcelona, 10 de Mayo de 1359. Provee el Rey á que sin dilación ni subterfugio de los deudores, cobren los judíos mallorquines el interés que se les debe.—Fol. 46 v.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc., nobili et dilectis reformatori et gubernatori regni Majoricarum ceterisque officialibus nostris civitatis et regni Majoricarum, presentibus ac futuris, ac locatenentibus eorumdem salutem et dilectionem.

Expositum fuit Nobis humiliter pro parte judeorum aljame civitatis Majoricarum et ejus collecte quod, cum ipsi judei suos debitores super debitis eorumdem conveniunt, plures ex debitoribus exceptiones dilatorias, difugia et malitias opponentes, prorogant dictis judeis solutiones debitorum predictorum ut durante tempore prorogationis hujusmodi a restitutione dampna et interesse valeant excusari, in maximum dampnum judeorum jam dictorum ac evidentem lesionem.

Quapropter, supplicato Nobis (1) super hiis de justitie remedio provideri, vobis dicimus et ex certe scientia mandamus quatenus jam dictis judeis faciatis super dictis eorum debitis justitiam expeditam, nec malitias debitorum audiatis, nec permittatis etiam fieri malitiosa elongamenta; quin immo prefatis judeis per eorum debitores in debitis supradictis satisfieri faciatis integre et complete, ac etiam in dampnis, expensis et interesse per dictos judeos, per tempus per quod debita seu eorum solutiones ultra suum terminum contra voluntatem dictorum judeorum prorogabuntur sustinendis et faciendis, quibusvis litteris a nostra Curia super predictis in contrarium obtentis, vel obtinendis, obsistentibus nullo modo.

Data Barchinone x die Madii anno a Nativitate Domini M.CCC. quinquagesimo nono.

Visa Ro.

69.

Barcelona, 10 de Mayo de 1359. Manda el Rey que en todos los dominios de su Corona, de aquende y de allende el mar, no se imponga á los judíos mallorquines forasteros en el lugar, donde no estuvieren avecindidos, más peso de contribución que el que soportaban los demás de otras regiones, también forasteros.—Fol. 31 v.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc., nobilibus et dilectis ac fidelibus universis et singulis officialibus nostris, tam citra quam ultra mare constitutis presentibus et futuris et locatenentibus eorumdem, ad quos presentes pervenerint, salutem et dilectionem.

Supplicatum fuit Nobis humiliter pro parte judeorum aljame

(1) Habiéndosenos suplicado.

civitatis Majoricarum et ejus collecte ut, cum multotiens contingat plures ex eis mercantiliter incedere per diversa loca Dominationis nostre citra marina, et in eisdem per aliqua temporis intervalla morari pro mercimoniis, seu alias pro negotiis suis, et propterea per judeos aljamarum locorum ipsorum, ad que eos convenit declinare, taxentur in talliis et aliis oneribus eorumdem contra omnimodam rationem et in magnum judeorum dicte aljame Majoricarum prejudicium atque dampnum, dignaremur eisdem judeis super hiis de competenti justitie remedio providere.

Qua supplicatione benigne admissa, vobis et vestrum cuilibet dicimus et expresse ac de certa scientia mandamus quatenus, postquam in locis ubi dicti judei Majoricarum domicilia sua foverint (1), eosdem non permittatis de cetero taxari, seu ad solvendum compelli in talliis, questiis seu aliis oneribus judeorum illorum locorum in quibus reperti fuerint pro gerendis negotiis mercimoniorum suorum, nisi tamen in impositionibus et cisis (2), quas solvere ut alii judei extranei eas solvere tenentur; hocque nullatenus immutetur quibusvis provisionibus seu litteris a nostra Curia in contrarium emanatis seu emanandis obsistentibus nullo modo; cum non sit consonum rationi quod dicti judei, qui jam pro omnibus bonis suis solvunt aljame Majoricarum, ultra posse cogantur pro ipsis bonis solvere aliunde.

Data Barchinone, x die Madii, anno a Nativitate Domini M.CCC.L. nono.

Visa Ro^li^.

Es muy notable este privilegio, porque demuestra que muchos judíos Baleáricos á la sazón vivían y se enriquecían del tráfico que hacían personalmente en Rosellón y Cataluña, Aragón y Valencia. Al estallar y proseguirse la enconada lucha contra Castilla, no pudieron menos de aprovechar la ocasión de proveer á los abastos de víveres, ropa y pertrechos por mar y tierra. Véanse los documentos **21**, **36**, **39**, **40** y **46**.

---

(1) Dado caso que mantengan ó conserven, su vecindad en las Baleares, si fueren solamente moradores y por ende forasteros en dichos parajes.

(2) Tallas y sisas.

70.

Barcelona, 11 Mayo 1359. Dispensa el Rey á los judíos mallorquines de prestar juramento en testimonio de los préstamos ó usuras reconocidas y exigibles ante los tribunales.—Fol. 37.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc.

Quia, ut pro parte vestri, judeorum aljame judeorum civitatis Majoricarum et ejus collecte, fuit coram Nobis expositum humiliter super debitis que vobis debentur cum obligationibus seu confessionibus judicialibus, plures ex debitoribus vestris cum a vobis conveniuntur requirunt juramentum per vos prestari si quantitates, in dictis obligationibus contente, fuerunt per vos predictis vestris creditoribus mutuate, quam exceptionem officiales nostri admittunt; ex quo sequitur, ut asseritis quod vos verentes vestrum juramentum, putantes vobis contingere malam famam si juretis sepius quamvis verum, remittitis vestris debitoribus partem debitorum; et propterea Nobis humiliter supplicaveritis ut indempnitati vestre, super hiis providende, dignaremur vobis de salubri remedio providere:

Propterea, supplicationi vestre hujusmodi benignius annuentes, tenore presentis vobis dictis judeis et singulis vestrum presentibus et futuris, concedimus quatenus de cetero per aliquem officialem nostrum quemcunque non possitis compelli ad prestandum juramentum super talibus debitis, que vobis debeantur vel de cetero debebuntur cum obligationibus judicialibus supradictis, nec vos idem juramentum teneamini facere seu prestare; quim immo debitores vestri compellantur ad solvendum vobis debita supradicta juxta obligationum et confessionum judicialium series et tenores.

Mandamus itaque ex certa scientia reformatori et gubernatori regni Majoricarum vicariis, bajulis, ceterisque officialibus nostris civitatis et regni Majoricarum presentibus et futuris ac locatenentibus eorum, quatenus, quibusvis litteris a nostra Curia super predictis, impetratis seu impetrandis, non obstantibus, hujusmodi concessionem nostram vobis teneant firmiter perpetuo

et observent, et non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

In cujus rei testimonium presentem vobis fieri jussimus, nostro sigillo pendenti munitam.

Data Barchinone, XI die Madii, anno a Nativitate Domini M.CCC. quinquagesimo nono, nostrique regni vicesimo quarto.

Visa Ro.

71.

Barcelona, 12 Mayo 1359. El Rey confirma su provisión expedida en la misma ciudad á 15 de Febrero de 1356, por la que había prohibido que fuesen elegidos secretarios de la aljama los que solicitasen este cargo, los médicos y los corredores de lonja y de oreja. Por la presente excluye también las personas de mala fama y señala pena gravísima á los contraventores de este ordenamiento.—Fol. 34 v.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc., nobili et dilectis nostris reformatori et gubernatori regni Majoricarum, ceterisque officialibus nostris civitatis et regni Majoricarum presentibus et futuris, vel locatenentibus eorumdem, salutem et dilectionem.

Quamvis ex provisione per Nos facta cum carta nostra pergamenea nostro sigillo pendenti munita, que data fuit Barchinone quintadecima die Februarii anno a Nativitate Domini M.CCC.L. sexto, nullus judeus, qui supplicaverit aut supplicet ut ei de officio secretarie aljame judeorum dicte civitatis provideatur, nec ullus etiam judeus medicus aut curritor valeat ad dictum secretarie officium eligi; aliqui ex judeis dicte aljame, conantes provisionem nostram infringere supradictam, clamore et [favore] aliorum judeorum ac etiam aliquorum officialium nostrorum faciunt posse suum ut ad dictum officium admittantur, quod in dampnum dicte aljame asseritur redundare.

Et propterea, ad supplicationem dicte aljame cum presenti providerimus et velimus quod nullus judeus, qui inductionibus vel precibus aut favore conetur esse secretarius dicte aljame, nec ullus etiam judeus infamis ad dictum possit secretarie assumi officium sub pena quingentorum morabatinorum auri a quolibet ipsorum et a quolibet etiam officialium nostrorum, qui ei super hiis auxilium prebebit seu favorem, absque alicujus remissionis

gratia exigenda et habenda; ideo vobis et vestrum cuilibet ex certa scientia dicimus et mandamus quatenus, provisionem hujusmodi et predictam dicte aljame inviolabiliter observando, penam predictam a contrafacientibus exigatis protinus et levetis, nec eis gratiam aut remisionem aliquam faciatis, quibusvis litteris seu provisionibus a nostra Curia, impetratis vel impetrandis, obsistentibus nullo modo.

Data Barchinone, XII die Madii, anno a Nativitate Domini M.CCC. quinquagesimo nono.

Visa Ro.[1]

72.

Barcelona, 3 Junio 1359. Manda observar el privilegio de no poner los judíos mallorquines á cuestión de tormento sin mandato especial del Rey; privilegio contra el cual se habían propasado recientemente los magistrados de la Curia.—Fol. 46.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc., nobili et dilecto consiliario et majordomo nostro Gilaberto de Centillis militi, reformatori regni Majoricarum, necnon gubernatori dicti regni Majoricarum presentibus et futuris, salutem et dilectionem.

Expositum fuit nobis humiliter ex parte judeorum aljame civitatis predicte quod, quamvis ex privilegio serenissimi domini Jacobi, bone memorie, regis Aragonum, quod privilegium et alia privilegia per predecessores nostros eis indulta confirmata fuerunt, nullus eorum seu masculus sive femina possit poni tormentis per aliquem officialem nostrum absque nostro mandato speciali; attamen vos, seu vestrum aliqui, contra dicti privilegii tenorem eosdem judeos aggravatis in eorum prejudicium seu jacturam.

Supplicato itaque Nobis super predictis debite provideri, vobis et vestrum cuilibet dicimus et mandamus ex certa scientia quatenus privilegium supradictum dictis judeis juxta ejus seriem observetis et teneatis, et contra ipsius tenorem ipsos judeos vel eorum aliquem nullatenus molestetis, quibusvis mandatis seu provisionibus a Nobis seu a nostra Curia in contrarium [impetratis vel] impetrandis obsistentibus nullo modo.

Data Barchinone, tertia die Junii anno a Nativitate domini M.CCC. quinquagesimo nono, nostrique Regni vicesimo quarto.
Visa Ro.

73.

Palma de Mallorca, 18 Agosto 1359. Promete el Rey atenerse en adelante al privilegio que tenían los secretarios de la aljama de no mostrar sus libros de cuentas, sin que pueda servir de precedente en contrario el trance forzoso en que acababa de ponerlos el mismo Rey.—Fol. 23.

Nos Petrus, Dei gratia rex, Aragonum, etc.

Considerantes pro parte vestri, secretariorum aljame civitatis Majoricarum, Nobis fuisse humiliter supplicatum ut, cum vos dicti secretarii dicamini fuisse vobis indultum per nostros illustres predecessores de non teneri ad ostendendum libros computorum de hiis que gesta sunt et administrata per preteritos secretarios et rectores dicte aljame, neque ea que sunt per futuros secretarios et rectores gerenda et administranda, Nobis seu aliquibus nostris officialibus et commissariis, et nunc Nos certis de causis ad ostendendum libros factos per preteritos secretarios et rectores, de gestis et administratis per ipsos pro dicta aljama forciaverimus vos, et propterea hesitetis ne ostensio hec vobis possit trahi ad consequentiam in futurum, aut per eam dictis vestris privilegiis prejudicium aliquod generetur, dignaremur vobis super hiis, pro restauratione dictorum vestrorum privilegiorum et confirmatione de ipsis per dictos nostros predecessores et nos facta, remedium debitum impertiri:

Idcirco, nolentes, prout bene convenit, quod per dictorum librorum ostensionem vobis seu dictis vestris privilegiis aut confirmationibus et usibus inde sequutis prejudicium aliquod generetur aut vobis tradi valeat ad consequentiam in futurum, tenore presentis carte nostre ex certa scientia concedimus vobis dictis secretariis ac toti universitati dicte aljame quod propter ostensionem, factam de dictis libris, dictis vestris privilegiis ac usibus, ipsorum occasione per vos sequutis, non valeat in aliquo derogari vel aliquatenus generari; immo dicta privilegia et usus inde sequuti, et omnia et singula in eis contenta robur perpetuum

volumus obtinere si et prout obtinebant et poterant ante ostensionem predictam.

Promittentes vobis ad uberiorem cautelam quod ad ostendendum computa facta per preteritos secretarios et rectores, aut facienda per venturos, vos aut successores vestros non forciabimus similibus rationibus aut aliis, nec aliqnatenus compellemus. Immo dicta privilegia et omnia et singula in eis contenta, que presentis serie confirmamus, tenebimus et servabimus, et observari per quoscunque faciemus viriliter et potenter juxta ipsorum seriem pleniorem.

Mandantes per istam eamdem inclito Infanti Johanni primogenito nostro carissimo, necnon gubernatori Majoricarum et aliis officialibus nostris, ubilibet intra nostram ditionem constitutis, quod gratiam et concessionem nostram, predictas, vobis teneant et observent, et teneri et observari inviolabiliter faciant, per quoscumque, et non contra faciant vel veniant aliqua ratione.

In cujus rei testimonium presentem fieri et sigillo nostro secreto, cum alia sigilla nostra inibi in promptu non habeamus, impendenti jussimus communiri.

Data in civitate Majoricarum, octavadecima die Augusti anno [a Nativitate] Domini millesimo ccc. quinquagesimo nono, nostrique regni vicesimo quarto.

Signatur Bernardus (1).

74.

Palma de Mallorca, 18 de Agosto de 1359. Manda el Rey sobreseer sobre cuanto podría resultar de los libros de cuentas de los secretarios contra los judíos mallorquines y se reserva el aplicar los resultados de la causa á cuatro empleados de su gobierno.—Fol. 36.

Nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc.

Attendentes eo quia dicebatur preteritos secretarios et rectores aljame nostre civitatis Majoricarum se male et inique gessisse in distributione monete, que ratione peitarum, exactionum et

(1) Así el códice con manifiesto error. Los originales de este privilegio y del siguiente dirían por ventura «Rex Petrus».

alias ad eorum [administrationem] pervenerat, libros temporum illorum ad nostras manus, seu commissariorum per Nos ad ista deputatorum fecimus devenire, quos recognosci iussimus per eosdem eo ut, habita veritate de premissis, si ipsos in distributione dicte monete invenissemus male se habuisse et gessisse, punissemus prout eorum merita exigent. Et nunc [quia], recognitis libris supradictis, invenimus, certificati per dictos nostros commissarios, prelibatos secretarios [et] rectores se bene habuisse et gessisse in predictis, tenore presentis ad uberiorem cautelam remittimus et relaxamus eisdem preteritis secretariis et rectoribus omnem questionem, petitionem et demandam, omnem penam civilem et criminalem et aliam quamlibet quam, contra ipsos et eorum bona, predicta ratione possemus facere, proponère seu movere, ita quod, sive in predictis ipsi seu aliqui ex ipsis culpabiles sive non [demonstrentur], quoad eos sive eorum aliquem [tangat], predicti secretarii et rectores non possint de cetero per vos seu officiales nostros capi, detineri, impediri, molestari, sut in judicio vel extra aliquatenus conveniri, aut pena aliqua condempnari; immo ipsi et eorum aliqui a predictis omnibus remaneant liberi et etiam absoluti.

Mandantes per hanc eamdem tenentibus libros predictos, quod illos eis, visa presenti, liberent, facturis de eisdem, dum in eorum fuerint posse, suas liberas voluntates.

Promittentes etiam eis quod pro illo quod ostendetur dictos secretarios et rectores dedisse aliquibus nostris domesticis et aliis eis ac illis quibus predicta dederunt, questio non fiet aliqua seu demanda; cum Nos eis et illis, qui ea acceperunt, penam quam propterea incurrerint remiserimus cum presenti; a qua remissione excludimus ex dictis domesticis, aut aliis quibusvis, quatuor contra quos possimus facere si Nobis placuerit questionem, presenti in aliquo non obstante; qui quatuor, officia nostra nunc non regunt, nec potest per ipsos dictis rectoribus et secretariis aut dicte aljame dampnum aut malum aliquod inferri.

Mandantes, inquam, gubernatori nostro generali et ejus vices gerentibus, gubernatorique Majoricarum et universis aliis officialibus nostris ubicunque constitutis, presentibus et futuris, et ipsorum locatenentibus quatenus gratiam remissionem et provi-

sionem nostram, predictas, teneant et observent et teneri et perpetuo observari inviolabiliter faciant per quoscunque, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

In cujus rei testimonium presentem cartam nostram fieri te sigillo nostro secreto, cum alia sigilla nostra in promptu non habeamus, impendenti jussimus communiri.

Data in civitate Majoricarum, octavadecima die Augusti anno a Nativitate Domini M. CCC. quinquagesimo nono, nostrique regni vicesimo quarto.

Signatur Bernardus.

75.

Palma de Mallorca, 18 de Agosto de 1359. Comisión dada por el Rey á D. Bernardo Vives para que decida si la aljama hebrea debe ó no contribuir con el Ayuntamiento de la ciudad en la paga ó servicio de trescientos jinetes armados contra Castilla en las fronteras de Valencia, ó de Aragón. —Fol. 29.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc., fideli consiliario nostro, Bernardo Vives, salutem et gratiam.

Cum Nos de causa seu questione, que vertitur seu verti speratur inter juratos et probos homines civitatis Majoricarum asserentes secretarios et aljamam judeorum diste civitatis debere contribuere et teneri ex debito solvere partem suam in eo quod dicti jurati et probi homines solvunt pro stipendio illorum trecentorum equitum armatorum, quos civitas et regnum Majoricarum promisit tenere in nostro servitio in frontariis regni Valentie aut Aragonum pro defensione earum, dictis vero secretariis et aljama asserentibus et allegantibus ex privilegio, quod asserunt habere, non teneri in aliquo ad contribuendum cum universitate dicte civitatis, cum separate et distincte habeant jam eorum peitas, collectas, tributa et alia eorum onera, per vos cognosci providerimus et velimus:

Idcirco, vobis dicimus, committimus et mandamus quatenus, vocatis partibus supradictis et aliis qui evocandi fuerint, de predictis omnibus cognoscatis. Et si inveneritis dictos judeos ex privilegio non teneri ad contribuendum in predictis et aliud non

sit quod obsistat (1) ad contribuendum in eisdem, ipsos minime compellatis, faciendo et procedendo in predictis omnibus breviter simpliciter summarie et de plano, sine lite strepitu et figura judicii, sola facti veritate attenta, malitiis et diffugiis omnibus inauditis, [ac decidendo] quod de jure et ratione fuerit faciendum. Nos enim super predictis omnibus vobis vices nostras plenarie committimus cum presenti.

Data in civitate Majoricarum sub nostro sigillo secreto octavadecima die Augusti anno a Nativitate Domini M. CCC. quinquagesimo nono.

Vidit Rey (mundus ?)

76.

Palma de Mallorca, 25 de Agosto de 1359. Comisión que dió el Rey al referido D. Bernardo Vives para que decidiese si los judíos de la ciudad estaban comprendidos en el impuesto concejil sobre la entrada y venta del vino.—Fol. 29 v.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum, etc., fideli consiliario nostro, Bernardo Vives, salutem et gratiam.

Cum Nos de causa seu questione, que est vel esse speratur inter secretarios et aljamam civitatis Majoricarum, defendentes ex una parte, asserentes se non teneri solvere in impositione imposita super vino quod immittitur et venditur in civitate Majoricarum, per juratos et probos homines dicte civitatis Majoricarum, cum habeant eorum peitias contributiones impositiones separatas, et juratos dicte civitatis ex altera asserentes predictos judeos debere solvere in predictis, per vos cognosci providerimus et velimus:

Idcirco, vobis dicimus committimus et mandamus quatenus de predictis omnibus cognoscatis et super eis decidatis et decernatis breviter simpliciter summarie et de plano, ac sine lite strepitu judicii et figura, sola facti veritate attenta, malitiis et diffugiis omnibus inauditis, quod jus et ratio suadebunt. Nos

(1) Que se oponga para obligarlos.

enim super predictis omnibus et singulis et dependentibus seu emergentibus ex eisdem, eis connexis, vobis vices nostras plenarie committimus per presentem.

Data in civitate Majoricarum, vicesima quinta die Augusti anno a Nativitate Domini M.CCC. quinquagesimo nono, sub nostro sigillo secreto.

Vidit Ray(mundus).

Ahuyentado de Barcelona el rey de Castilla, se hizo el de Aragón á la vela desde aquella playa en 23 de Junio con rumbo á las Baleares. El 3 de Julio, tomó tierra en Mallorca, determinado á ir en busca de su rival y medirse lealmente con él; pero éste prudentemente se escurrió y largó, evitando el choque, primero de Ibiza, después del peñón de Calpe y, finalmente de Cartagena, para irse por tierra á Tordesillas «do estaba doña María de Padilla». Había llegado á la vista de Barcelona en la víspera de Pentecostés, ó en sábado, 8 de Junio; y el rey de Aragón, que se movió algo después para darle alcance, no había regresado aún á la capital del Principado en 25 de Agosto, antes bien, permanecía en Palma de Mallorca bien satisfecho del oro judío, y atento á no inmiscuir esta prestación con la de los cristianos del reino baleárico para guarnecer las fronteras de los de Aragón y Valencia contra Castilla. El 27 de Agosto estaba ya en Barcelona; porque este día en esta ciudad dispuso (1) que las Cortes catalanas que debían celebrarse á 1.° de Septiembre en Villafranca del Panadés se prorrogasen hasta el 29 y se juntasen en Tarragona. Una de las cartas de convocación á estas Cortes fué dirigida á D. Enrique, conde de Trastamara.

Apéndice.

Al documento **55** (5 de Marzo de 1344), relativo á la carnecería judiega de Palma, juntamos otro fechado en el mismo día que publicó D. Manuel de Bofarull con el objeto de ilustrar el proceso del rey D. Jaime III, sacado de su fuente auténtica y con-

(1) *Cortes del Principado de Cataluña*, por la Real Academia de la Historia, tomo II, páginas 15-21. Madrid, 1899.

tinuado en los tomos XXIX-XXXI de la *Colección de documentos inéditos del archivo general de la Corona de Aragón* (1).

Barcelona, 5 de Marzo de 1344 (de la Encarnación 1343). Manda D. Pedro IV á D. Arnaldo de Eril, gobernador de Mallorca, á los procuradores Beltrán Roig y Bernardo de Morera y demás oficiales del reino de Mallorca que á los judíos que quisieren salir de las Baleares no les exijan el pasaporte ó albará de los procuradores; por cuanto esta libertad facilitaba el acceso de las familias hebreas extranjeras, y al fisco era de provecho tan claro y grande que así también lo había comprendido el ya depuesto rey D. Jaime III, que primero impuso y después quitó aquella traba onerosa.—*Colección,* tomo XXXI, páginas 160 y 161.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum, Valentie, Majoricarum, Sardinie et Corsice, comesque Barchinone, etc., dilectis nostris gubernatori regni Majoricarum, ac procuratoribus redditiuum et jurium nostrorum dicti regni, aliisque nostris officialibus ipsius regni, presentibus et futuris, salutem et dilectionem.

Pro parte aljame judeorum dicte civitatis fuit coram Nobis expositum quod temporibus preteritis singulares ipsius aljame et quicunque alii judei extranei et privati poterant [cum eorum matrimoniis exinde] navigare et ad quascunque partes accedere, omni obstaculo quiescente. Postea vero inclitus Jacobus, rex olim Majoricarum, statuit et ordinavit quod nullus judeus posset inde recedere absque albarano procuratorum regiorum, licet tamen postea illud duceret revocandum. Nuncque vos, dicti procuratores, prout [ex] parte dictorum judeorum asseritur, intenditis illud idem facere observare, inhibendo dictis judeis ne inde recedant absque albarano vestro. Et cum hoc dicatur vergere in dampnum nostrorum jurium et detrimentum dicte aljame, eo quia plures judei venirent ad civitatem Majoricarum nisi esset timor dicte inhibitionis, qua eis liberum arbitrium auferretur; eapropter, ad supplicationem per sindicos dicte aljame inde Nobis factam, vobis et vestrum singulis dicimus et mandamus quatenus dictos judeos et eorum singulos, tam extraneos quam privatos judeos scilicet et judeas, permittatis navigare, ire et redire,

(1) Barcelona, 1866 y 1867.

cum eorum matrimoniis et pro aliis quibusvis eorum negotiis ad quascunque partes voluerint absque albarano vel li[ttera predicta] libere et omni obstaculo quiescente. Presentibus per viginti annos continuos et postea quamdiu Nobis placuerit valituris.

Datum Barchinone, tertio nonas Martii anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo tertio.

A. Vicecancellarius.

Jacobus Conesa ex petitione provisa per thesaurarium.

Los síndicos de la aljama mallorquina, enviados por ésta al Rey, permanecían en Barcelona agenciando los intereses de la misma el día 13 de Marzo de 1344, según aparece del documento **58**.

Madrid, 17 de Noviembre de 1899.

FIDEL FITA.—GABRIEL LLABRÉS.

II.

CONCEJOS DE CÓRDOBA, SEVILLA Y JEREZ DE LA FRONTERA. CARTA INÉDITA DE SU HERMANDAD EN 1296.

En la *Colección diplomática de Fernando IV*, publicada por la Real Academia de la Historia (1), no se inserta ni menciona este interesante documento, que se custodia original en el archivo municipal de Jerez de la Frontera, sección reservada, cajón 12, núm. 28 (carpeta núm. 76, caja de zinc). Hállase escrito en un pergamino que mide 71 cm. de largo por 52,50 de ancho; y dicha longitud queda reducida á la de 65, descontando el doblez de 6 cm. que tiene, para fijar ó asegurar el cordón del sello, uno y otro hoy perdidos.

---

(1) Madrid, 1860.